


vnus Austriae stirpis existit propagator (a). Ordinem is sacrum, cui diu iam adscriptus vixerat, pontificis voluntate, reliquit (*). Socero suo Vlricho, Pfiretarum Comite, defuncto (b), eundem comitatum suae

B

genti

(a) Clarioris doctrinae causa addo tabulam genealogicam principum Habsburgico - Austriacorum.

Albertus Caesar. m. 1308.



Posteris suo tempore.

(*) Passauiensis episcopatus sacrum collegam seu canonicum fuisse, adfirmant. Quod negat FVGGER lib. 4. c. 8. p. 337. Quoniam aliud eius historiae fundamentum non sit, quam titulus reuerendissimi, quo ipse fuerit adpellatus. Sed hoc uerbum, iudicio Fuggeri, etiam tributum est secularibus. Alii tamen non solum canonicum, sed etiam paulo ante episcopum electum esse, uolunt, quam sacris ordinibus mitteret nuntium. VLMENSIS anonym. p. 78. ubi prouocatur ad confirmationem Papae Ioh. XXII. in episcopatu. Etiam aliud exemplum relictis ordinis sacri habemus in nostri fratre HENRICO. Fuerat enim ipse Canonicus & Coadiutor Moguntinus: uerum 1323. nuntium mittit sacris ordinibus & uxorem ducit C. Kyburgensem. Anonym. Vlmens. p. 86.

(b) Comitatus Pfyrt, Basileae vicinus, principio vel allodialis fuit, vel tamen feudum, Sueviae ducibus addictum. Sueviae ducatu,